vt in triangulo superiore P Z S factum est, per quemuis ex tribus modis suprascriptis quære illius angulos, & inuenies contra latus 47, angulum 42.2$\frac{1}{2}$ 59$\frac{1}{2}$: & contra latus 34, angulum 31. 6$\frac{1}{2}$ 5$\frac{1}{2}$. & contra latus 69 (quod pro 111 posuimus) reperies angulum 120.24.49$\frac{1}{2}$. Ideo in triangulo oblato Q R T, pro latere R T subtendente angulum Q 47, pone 42. 2$\frac{1}{2}$. 59$\frac{1}{2}$ Et pro latere Q R subtendente angulum T 34, pone 31. 6$\frac{1}{2}$ 5$\frac{1}{2}$ verùm pro latere Q T subtendente angulum R 111, pone 59 35$\frac{1}{2}$ 11$\frac{1}{2}$. quæ sunt reliquum graduum 120.24.49$\frac{1}{2}$. ad semi-circulum reliquum, scilicet 69 Et ita ex anguliis per conuersionem acquires latera.

ADMONITIO.

EX hac laterum per angulos datos inuentione tres variæ solluuntur huius, & cuiuscunque trianguli quæstiones. Vt in triangulo P Z S. Ex datis, hora diei, plaga solis, & angulo situs vel positionis solis, hæc præcedens satisfacit quæstioni, qua vel primò eleuatio poli, vel secundò altitudo solis, vel tertiò declinatio solis quæratur. Ex octaua itaque sect. præcedentis cap. 5. & septima ac duodecima huius, sexaginta habes variarum quæstionum solutiones, quæ in quodque triangulum cadunt. Nec his plures ex multiplici trium quarumlibet partium compositione oriri possunt variationes, Perfectam igitur habes, & absolutam triangulorum tam Sphæricorum, quam planorum doctrinam.

CONCLVSIO.

SAtis ergo iam ostensum est quod sint, quid sint, & cuius vsus sint Logarithmi: Eorum enim beneficio absque multiplicationis, diuisionis, aut radicum extractionis molestia, omnis Geometricæ quæstionis solutionem logisticam promptissimè exhiberi, tum apodeicticè demonstrauimus, tum exemplis vtriusque Trigonometriæ docuimus. Promissum itaque mirificum Logarithmorum canonem habetis, eiusque amplissimum vsum: qua si vobis eruditioribus grata fore ex rescriptis vestris intellexero, animus mihi addetur, ad tabulæ condendæ methodum in lucem etiam proferendam. Interim hoc breui opusculo fruamini, Deoque opifici summo, omniumque operum bonorum apitulatori laudem summam & gloriam tribuite.

SE

SEQVITVR

TABVLA CANONIS LOGARITHMORVM seu ARITHMETICARVM SVPPVTATIONVM.

S'ensuit l'Indice du Canon des Logarithmes.

A SCAVOIR,

La Table de l'admirable inuention pour promptement & facilement *Abreger les supputations d'Arithmetique* auec son vsage, en l'vne & l'autre *Trigonometrie*, & aussi en toute *Logistique Mathematique*.

LVGDVNI,
Apud BARTHOL. VINCENTIVM.

Cum priuilegio Cæsareo & Galliarum Regis.